WENCESLAUS BRACK
Konstanz, 1492-1494 Seite 129v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8132
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



tussim sedat. Quia talia aposteata ingrossat
et magis incineat. Sputum non adiuuat screare.
minusque omnibus aliis potibus in hoc operatur
Maxime, si eger, omni tempore morbi. ea vtatur
Si vero de ea parum inter oximel bibat, et
aquam mellis. screatui sputi, adiutorium largitur
Ad quod galienus Quia illud quod exscreare
necesse est. humectat. et multitudine humectacionis
facit dictis potibus roreitatem accidere. Hyppocrates
vero, huius causam dixit, mutacionem qualitatis
potuum esse. aliter, nullatenus eam sitim reperimus
sedare. verum magis furiam incitare. Quod
galienus facere inquit, aquam frigidam, longitudine
more eius in stomacho et intestinis Neque
frigida aqua fecem, id est egestionem. quia indigestibilis
est. neque vrinam descendere facit. Quoniam hoc
fieri a rebus calidis et subtilis substancie galienus
testis est. Et princeps secundo canonis ait ipsam
opilacionis habentibus, nociuam esse. pectori et
canne pulmonis inimicam. nam illic locorum, neruis
quibus noceat, multi sunt. Propterea addit
Rabi ysaac ipsam pectoris gignere strictura
et in suis venis crepatura Quod Johannicius
credit fieri, dum talia membra, exiccacione egeant.
quia aqua frigida inhumectando ipsis obest. Et
in assidue bibentibus. spasmum et stuporem. id est

Ipsa siquidem frigidam dicit gal. quarto libro simplicium farmacorum mordicare nares et oculos. et partes intrinsecas stomachi et intestinorum